

Commune
per quos condendi sunt
quodammodo populi, metu
persecutionum temporalium
amiseritis regna cælorum
et homines, per quos a vobis
erit auferatur, cum vos
elegerit Deus, per quos
erorem auferat ceterorum.

Pro Doctore Pontifice.
R. Amavit eum Dominus,
& ornavit eum, stolam gloriæ
induit eum: * Et ad
portas paradisi coronavit
eum. V. Induit eum Do-
minus lorice fidei, & or-
navit eum. Et ad portas.
Benedictio. Cujus festum
coimus.

Pro Doctore non Pontifice.
R. Iste est qui ante Deum
magnas virtutes operatus
est, & de omni corde
suo laudavit Dominum:
* Ipse intercedat pro pec-
catis omnium populorum.
V. Ecce homo sine querela,
verus Dei cultor, abstinens
se ab omni opere malo, &
permanens in innocentia
sua. Ipse intercedat. **Bene-
dictio.** Cujus festum cõli-
mus.

Lectio viij.
Ergo ad nihilum valet
sal infatuatum, nisi ut
mittatur foras, & calcetur
ab hominibus. Non ita
quod calcetur ab hominibus,
qui patitur persecutionem:
sed qui persecutionem ti-

Doctõrum.
mendo infatuatur. Calcari
enim non potest, nisi
inferior: sed inferior non
est, qui quamvis corpore
multa in terra sustineat,
corde tamen fixus in
cælo est.

R. In medio Ecclesiæ aper-
ruit os ejus, * Et implevit
eum Dominus spiritu
sapientiæ & intellectu.
V. Jucunditatem & exulta-
tionem thesaurizavit super
eum. Et implevit Gloria
Patri. Et. **Benedict.** Ad so-
cietatem.

Lectio ix.
Vos estis lumen mundi.
Quomodo dixit superius
sal terræ, sic nunc dicit
lumen mundi. Nam neque
superius ista terra accipienda
est, quam pedibus corporeis
calcamus: sed homines, qui
in terra habitant, vel etiam
peccatores, quorum condi-
endis, & extinguendis pa-
tribus Apostolicum saltem
Dominus misit. Et hic mun-
dum, non cælum & terram,
sed homines, qui sunt in
mundo, vel diligunt mun-
dum, oportet intelligi, qui-
bus illuminandis Apostoli
missi sunt. Non potest ci-
vitas abscondi super mon-
tem posita: id est, fun-
data super insignem mag-
namque justitiam, quam
significat etiam ipse mons,
in quo disputat Dominus.
T e Deum laudamus. 17.

COM-

COMMUNE
Confessoris non Pontificis.

Ad Vesperas, Antiphona.
Domine quinque talenta,
ut infra ad Laudes. lxxij.
Psalmus. Dixit Dominus,
cum reliquis de Domini-
ca, 135, & loco ultimum,
Psalmus. L audate Domi-
num omnes Gentes. 136.

Capitulum. Ecclij. 31.
B Eatus vir, qui inven-
tus est sine macula:
& qui post aurum non
abiit, nec speravit in pec-
catis thesauris. Quis est
hic, & laudabimus eum?
fecit enim mirabilia in vita
sua.

Hymnus.
I Ste Confessor Domini,
colentes
Quem pie laudant populi
per orbem,
Hac die lætus meruit beatas
Scandere sedes.
Si non est dies obitus,
dicatur:

Hac die lætus meruit su-
premos
Laudis honores.
Qui pius, prudens, hūmi-
lis, pudicus,
Sobriam duxit sine labe vi-
tam,
Donec humanos animavit
auræ
Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum
frequentè,
Ægra, quæ passim jacet,
membra,
Pars Autumnalis.

Viribus morbi dõmitis, saluti
Restituuntur.

Noster hinc illi Chorus ob-
sequentem
Cõcinit laudem, celebrès-
que palmas:
Ut piis ejus præcibus juvè-
mur

Omne per ævum.
S i salus illi, decus, atque
virtus,
Qui super cæli solio corus-
cans,
Totius mundi seriem gubér-
nat

Trinus, & unus.
Ann.

V. Amavit eum Dominus,
& ornavit eum. R. Stolam
gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.
Similabo eum viri sapien-
tiam, qui edificavit domum
suarum supra petram.

Oratio.
D EUS, qui nos beati N.
Confessoris tui annua
solemnitate lætificas: con-
cede propitius; ut ejus
naturalis cõsolus; et etiam
actiones imitemur. Per Do-
minum.

Alia Oratio.
A Desto Domine suppli-
cationibus nostris, quas
in beati N. Confessoris tui
solemnitate deferimus: ut
qui nostræ justitiæ fidu-
ciam non habemus, ejus,
qui tibi placuit, præci-
bus adjuvemur. Per Do-
minum.

d

82

Si fuerit Abbas.

Oratio.

Intercèsio nos, quæsumus Dñm ne, beati N. Abbatis commendat: ut quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Dñm.

Ad Martinum, Invitatorium. R. egem Confessorum Dñm. Venite adoremus. **Psalm.** Venite, exultemus. 2. **Hymnus.** Iste Confessor, ut supra. Ixxij.

In primo Nôcturno, Antiphona. Beatus vir, qui in lege Dñi meditatur: voluntas eius permanet die ac nocte, & omnia quæcumque faciet, semper prosperabuntur.

Psalmus 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pesilentie non sedit:

sed in lege Dñi voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit, tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium eius non defluet: * & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tanquam pulvis, quem præcibit ventus à facie terræ. **I**deo non resurgent impij

in iudicio: * neque peccatores in concilio iustorum.

Quoniam novit Dñm iustitiam iustorum: * & iter impiorum peribit.

Antiphona. Beatus vir, qui in lege Dñi meditatur: voluntas eius permanet die ac nocte, & omnia quæcumque faciet, semper prosperabuntur.

Antiphona. Beatus iste sanctus, qui confisus est in Dño, prædicavit præceptum Dñi, constitutus est in monte sancto eius.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gentēs, * & populi meditati sunt inania:

Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum: * adversus Dñm, & adversus Christum eius.

Dirumpamus vincula eorum: * & projiciamus à nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in celis, iridebit eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me: **F**ilius meus es tu: ego hodie genui te.

Postu-

Betula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * & tanquam vas liguli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimini qui iudicatis terram.

Servate Dño in timore, * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, * & percreatis de via iusta.

Cui exarsit in brevi ira eius, * beati omnes, qui conidunt in eo.

Antiphona. Beatus iste sanctus, qui confisus est in Dño, prædicavit præceptum Dñi, constitutus est in monte sancto eius.

Antiphona. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Dñm: tu exaltans caput meum, & exaudisti me de monte sancto tuo.

Psalmus 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Nulli dicent animæ meæ: **N**on est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Dñm susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Vocem meam ad Dñm clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exturrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo militia populi circumdantis me: * exurge Dñm, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversarios mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domine es salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Antiphona. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Dñm: tu exaltans caput meum, & ex audisti me de monte sancto tuo. **V.** Amavit eum Dominus, & ordinavit eum. **R.** Stabant glorie inquit eum. **Pater noster.** **Absoluto.** Exaudi Dñm. **V.** Jube domine benedicere. **Benedictio.** Benedictione perpetua.

De libro Sapientie.

Lectio 1. Cap. 4. v. 5.

Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne-

d 2 ma-

malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentia transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explévit témpora multa: placita enim erat Deo ánima illius: propter hoc properávit educere illum de medio iniquitatum.

R. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam: Intra in gáudium Dómini tui. **V.** Dómine quinque talenta tradidisti mihi, & ecce alia quinque superlucrátus sum. Intra in gáudium. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.
POpuli autem vidéntes, & non intelligentes, nec ponéntes in præcordiis talia: quóniam grátia Dei, & misericórdia est in sanctos ejus, & respectus in electos illius. Condémnat autem justus mortuus vivos ímpios, & juvenús celerius consummata longam vitam injústi. Vidébunt enim finem sapiéntis, & non intelligunt quid cogitávit de illo Deus, & quare munierit illum Dóminus. Vidébunt, & contémtent eum: illos autem Dóminus iridébít. Et erunt post hæc decedéntes sine honóre, & in contu-

mella inter mórtuos in pépétuum: quóniam disrumpet illos ínfástos sine voce, & commovébit illos á fundaméntis, & usque ad suprénum desolábuntur.

R. Justus germinábit sicut lílium: * Et florébit in aeternum ante Dóminum. **V.** Plantáns in domo Dómini, in átríis domus Dei nostri. Et florébit. **Benedictio.** Spiritus sancti grátia.

Lectio iij.

ET erunt geméntes, & memória illórum peribit. Venient in cogitátione peccatórum suórum timídí, & tradúcent illos ex adverso iniquitátes ipsórum. Tunc stabunt justí in magna constantía adversus eos, qui se angustiáverunt, & qui abstulerunt labóres eórum. Vidéntes turbábuntur timóre horribili, & mirábuntur in subitátione insperátæ salútis, dicéntes intra se, poeniténtiam ágéntes; & præ angustia spirítus geméntes: Hi sunt, quos habuimus aliquándó in derisum, & in similitúdinem ímpropérii. Nos insensáti, vitam illórum astimábamus insániam, & finem illórum sine honóre: ecce quómódo computáti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illórum est.

R. Iste

R. Iste cognóvit justiciam, & vidit mirabilia magna, & exorávit Altíssimum: * Et inventus est in número sanctorum. **V.** Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad caeléstia regna. Et inventus. Glória Patri. Et. In secúndo Nocturno, **Antiphona.** Invocántem exaudivit Dóminus sanctum suum, & constituit eum in pace.

Psalmus 4.

CUm invocárem, exaudivit me Deus justitiae meae: * in tribulátione dilatasti mihi. **Miserere mei, * & exáudi oratiómem meam.** Filii hóminum úsquequò gravi corde: * ut quíd diligitis vanitátem, & quaritis mendárium? **Et scitóte quóniam misericórdia Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cum clamávero ad eum.** Irascimini, & nolite peccáre: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. **Sacrificáre sacrificium justitiae, & speráre in Dómino: * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?** Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedisti leticiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, &

olei sui: * multiplicati sunt. In pace in idipsum: * dormiam & requiescam: **Quóniam tu Dómine singulariter in spe * constituisti me.** **Antiphona.** Invocántem exaudivit Dóminus sanctum suum, & constituit eum in pace, **Antiphona.** Laténtur omnes, qui sperant in te Dómine: quóniam tu benedixisti justo, scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti eum.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percípe Dómine, * intellige clamórem meum. **Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus & Deus meus.** Quóniam ad te orábo: * Dómine mané exáudies vocem meam. **Mané ascábo tibi & vidébo: * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.** Neque habitábit iuxta te malignus: * neque permánebunt injústi ante oculos tuos. **Quísti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes omnes qui loquuntur mendárium.** **V**irum sanguinum & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitudine misericórdiae tuæ. **Introibo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.** **D**omine deduc me in justitiam

d; **ria**

lxxviii Commune Confessoris non Pontificis.

tia tua: * propter inimicos meos dirig. in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguas suis dolose agebant, * iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et latent omnes, qui sperant in te, * in aeternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti iusto, scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum.

Antiphona. Domine Domine noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super caelos.

Ex ore infantiam & lactentium perficisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ulcorem.

Quoniam video caelos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hominis, quoniam am visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ius, * oves & boves universas: insuper & peccati campi.

Volucres caeli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Affia. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quia gloria & honore coronasti sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. **Et.** Os iusti meditabitur sapientiam.

Et. lingua eius loquetur iudicium. Pater noster. **Abolutio.** Ipse pietas. **v.** Jube domine. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Scr-

Comune Confessoris non Pontificis.

Sermo sancti Joannis.

Chrysostomi.

In Orat. de S. Philogonio, tom. 13.

Lectio iv.

BEATI NADIES, cuius festivitatem celebramus, ad ipsius recte factorum enarrationem linguam nostram evocavit: siquidem hodie beatus iste ad tranquillam, omnique perturbationis expertem vitam transiit: obque navigium appulit, ubi deinceps non poterit manere naufragium, nec ullam animi perturbationem, aut dolorem. Et quid mirum est, si locus ille pius est ab omni molestia animi, cum Paulus hominibus adhuc in hac vita degentibus loquens, dicat: Semper gaudete, sine intermissione orate?

Et. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum, * Et dedit illi claritatem aeternam. **Et.** Justum deditur Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. **Et. Benedictio.** Christus perpetuae.

Lectio v.

QUOD si hic, ubi morbi, ubi insectationes, ubi praematura mortes, ubi calumniae, ubi invidia, ubi perturbationes, ubi ira, ubi cupiditates, ubi innumerales insidiae, ubi quotidiana sollicitudines,

lxxix

ubi perpetua sibi que succedentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores affertentia, Paulus dixit fieri posse, ut semper gaudeamus, si quos paulum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam recte composuerit: multo magis, postquam hinc demigraverimus, facile compositus erimus eius boni, cum haec omnia sublata fuerint, adversa valitudo, morbi, peccandi materia, ubi non est mentu actuum, frigidum illud verbum, & quidquid est molorum in vitam nostram invemens, inquamque gignens bella.

Et. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **Et.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. **Et.** ad portas. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

QUAM obrem maximopere gratulor huius Sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque hanc, quae apud nos est, civitatem reliquit, tamen in alteram adscriptus est civitatem, nempe Dei, & dignus ab hac Ecclesia, ad illam pervenit, quae est primogenitorum descriptorum

d 4

in

lxxx **Commune Confessoris non Pontificis.**
in caelis; ac relicto hisce festis, transit ad celebratam Angelorum. Item in quod & civitas sursum sit, & Ecclesia, & celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, & Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis, & ad multorum millium Angelorum frequentiam.

34. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus.

35. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te gloria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno.
Antiphona. Domine, iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 34.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo? * Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum: * & opprobrium non

accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat:

Qui jurat proximo suo, & non decipit: * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accipit:

Qui facit haec, * non movebitur in aeternum.

Antiphona. Domine, iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Antiphona. Vitam petiit a te, & tribuisti ei, Domine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Psalmus 101.
Domine in virtute tua letabitur rex: * & super salutarem tuam exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntate laborum ejus non fraudasti eum.

Quoniam praeveneris eum in benedictionibus dulcedinis: * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te: * & tribuisti ei longitudinem dierum

Commune Confessoris non Pontificis. lxxxj

rum in saeculum; & in saeculum saeculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: * gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi: * laudabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino: * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniat manus tua omnibus inimicis tuis: * dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos ut ciliatum ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: * & semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala, * cogitaverunt consilia, quae non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Antiphona. Vitam petiit a te, & tribuisti ei, Domine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo: quia haec est generatio querentium Dominum.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendit in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundus corde, * qui non accipit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * & misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? *
d j **Dé.**

lxxij. Commune Confessoris non Pontificis.

Dominus virtutum ipse est rex gloria.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo: quia hæc est generatio querentium Dominum.

V. Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantabuntur gressus ejus. **Pater noster.** **A vinculis.** **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12. e
In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papa.

Homilia 13. in Evangelia.

Sancti Evangelii, fratres charissimi, aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa ejus planities alta fortasse videatur, eam sub brevitate transcurrimus, quatenus ejus expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa. Dominus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos enim præcincti, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia nimis est, mala non agere, nisi etiam quisque studeret bonis operibus insudare:

proximus additur: & lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus Dominus dicit: Lucet lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in celis est.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum, &

***** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lectio viij.

Duo autem sunt, quæ jubentur, & lumbos restringere: & lucernas tenere. ut & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest: si aut is qui bona agit, adhuc luxurie inquinamenta non deserit: aut is, qui castitate præcineret, necdum se per bona opera exercet. Nec

cas-

Commune Confessoris non Pontificis. lxxij

cæritas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquo sine castitate. Sed & si utrumque agitur, rescat, ut qui quis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se a viciis pro mundi hujus honestate contineat.

***** Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: ***** Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis.

V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vestret venturus sit. Et vos. **Gloria Patri.** Et vos. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei. Venit quippe Dominus, cum ad judicium præparat: pulsat vero, cum jam per agnitivis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hanc cum amore suscipimus. Aperire enim judici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat: & videre eum, quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti

confestim aperit quia lætus iudicem sustinet: & cum tempus propinque mortis advenit, de gloria retributionis hilarescit.

Te Deum laudamus. 17.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratu sum. **Psalmus Dominus regnavit, cum reliquis. 18. Antiphona.** Euge serve bone, in modico fidelis, intra in gaudium Domini tui. **Antiphona.** Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

Antiphona. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, & pulsaverit janam, invenerit vigilantem. **Antiphona.** Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. Ezech. 31.

Bæatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post anrum non abiit, nec speravit in peccatore thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Icit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

Jesu corona cælior, & veritas sublimior, Qui confitenti scrupulo Reddis precum premium: **Da supplicanti coetui, Hujus rogatu, noxii**

d 6

Re-

Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni reverso tempore,
Dies refulsit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Migravit inter sidera.
Hic vana terre gaudia,
Et luculenta prædia
Polluta sorde deputans,
Ovans tenet cælestia.
Te Christe Rex pissime,
Hic confitendo jûgiter
Calcavit artes damonum,
Sævumque averni princi-
pem.

Virtute clarus, & fide,
Confessione sedulus,
Jejuna membra deferens,
Dapes supernas obtinet.
Prouide te pissime
Precamur omnes supplices,
Nobis ut hujus gratia
Poemas remittas debitas.
Patri perennis gloria,
Naroque Patris unico,
Sanctoque sit Paraclyto
Per omne semper sæculum.
Amen.

Justum deduxit Dominus
per vias rectas. Et
ostendit illi regnum Dei.
Ad Benedictus, Antiphona.
Euge serve bone, & fidelis,
quia in pauca fuisti fidelis,
supra multa te constituam,
intra in gaudium Domini tui.

Oratio.
Deus, qui nos beati N. Confessoris tui annua solemnitate laticifas: concede propitius; ut cujus

naralicia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Alia Oratio.
Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in beati N. Confessoris tui solemnitate deferimus; ut qui nostre justitie fiduciam non habemus, ejus, qui tibi p' acuit, precibus adjuvemar. Per Dominum.

Si fuerit Abbas.
Oratio.

Intercessio nos, quaerimus Domine, beati N. Abbatis commendat: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona.
Euge serve bone. Capitulum. Beatus vir, qui inventus est, ut sup. lxxxij.

Re. breve. Amavit cum Dominus, * Et ornavit eum. Amavit. V. Stolum glorie induit eum. Et ornavit. Gloria Patri. Amavit eum. * Os justi meditabitur sapientiam. R. Et lingua ejus loquitur judicium.

Ad Sextam, Antiphona.
Fidelis servus. Capitulum. Eccl. 39.

Justus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

Re. breve. Os justi, * Meditabitur sapientiam. Os justi. V. Et

V. Et lingua ejus loquitur
judicium. Meditabitur. Glo-
ria Patri. Os justi. V. Lex
Dei ejus in corde ipsius.
R. Et non supplantabuntur
gressus ejus.
Ad Nonam, Antiphona.
Serve bone.

Capitulum. Sap. 10. b
Justum deduxit Domi-
nus per vias rectas, &
ostendit illi regnum Dei,
& dedit illi scientiam sanc-
torum: honestavit illum in
laboribus, & complevit la-
bores illius.

Re. breve. Lex Dei ejus, * In
corde ipsius. Lex Dei. V. Et
non supplantabuntur gressus
ejus. In corde. Gloria Patri.
Lex Dei. V. Justum deduxit
Dominus per vias rectas.
R. Et ostendit illi regnum
Dei.

Ad Vesperas, Antiphona.
Domine, quique talenta,
cum reliquis de Laudibus.
lxxxij. Psalmi, Capitulum
& Hymnus, ut in primis Ves-
peris. lxxij.

V. Justum deduxit Dominus
per vias rectas. R. Et ostendit
illi regnum Dei.

Ad Magnificat, Antiphona.
Hic vir despiciens mundum
& terrena triumphans, Di-
vinitas celo condidit ore,
manu.

Si occurrat celebrari Fes-
tam plurimorum Confesso-
rum non Pontificum; Offi-
cium sit ut supra: sed in

Oratione & sermone, quæ
habentur in singulari, dic-
cantur in plurali.

Alie Lectiones pro Con-
fessore non Pontifice.

In primo Nocturno.
De libro Ecclesiastici.
Lectio j. Cap. 31.

Bætus vir, qui inventus
est sine macula: & qui
post aurum non æbit,
nec speravit in pecunia &
thesauris. Quis est hic, &
laudabimus eum? fecit enim
mirabilia in vita sua. Qui
probatum est in illo, & per-
fectus est, erit illi gloria
æterna: qui potuit transgre-
di, & non est transgressus:
facere mala, & non fecit:
ideo stabilita sunt bona illius
in Domino, & elemosynas
illius enarrabit omnis Ecclē-
sia sanctorum.

Euge serve bone & fide-
lis, quia in pauca fuisti fi-
delis, supra multa te consti-
tuam: * Intra in gaudium
Domini tui. V. Domine
quique talenta tradidisti
mihi, ecce alia quique su-
perlucraus sum. Intra.

Lectio ij. Cap. 32. r. 19. 33.

Qui timet Dominum,
excipiet doctrinam ejus:
& qui vigilaverint ad il-
lum, invenient benedictio-
nem. Qui querit le-
gem, replebitur ab ea: &
qui invidiose agit, scanda-
lizabitur in ea. Qui ti-
met Dominum, invenient ju-

judicium justum, & justitias quasi lumen accendunt. Qui credit Deo, & qui confidit in illo, non minorabitur. Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, & liberabit a malis. Sapiens non odit mandata & justitias, & non illidetur quasi in procella navis. Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.

R. Justus germinabit sicut lilium, * Et florebit in æternum ante Dominum. *V.* Plantatus in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Et florebit.

Lectio ij. *Cap. 14. b.*

Spiritus timeatium Deum quæritur, & in respectu illius benedicitur. Spes enim illorum in salvantem illos, & oculi Dei in diligentes se. Qui timeat Dominum, nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipse est spes eius. Timens Dominum, beata est anima eius. Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? Oculi Domini super timeantes eum, & protector potentie, firmamentum virtutis, regimen ardoris, & umbraculum meretriciarum, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sa-

nitatem, & vitam, & benedictionem.

R. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: * Et inventus est in numero sanctorum. *V.* Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Et inventus. Gloria Patri. Et invenus.

In secundo Nocturno.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papæ.

Lib. 10. cap. 16. in cap. 12. Job.

Lectio iv.

Deridetur justus simplicitas. Hujus mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia usu à juvenibus scitur, hæc a pueris pretio discitur: hæc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt; hæc qui nesciunt, subjecti & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem dupliciter iniquitas nomine palliata diligitur, dum mensis perversis urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina querere, hæc, adcepta temporali gloria ab aliis mala multipliciter reddere: cum vires

sup-

suppetunt, nullis resistentibus cedere; cum virtutis possibilitas deest, quidquam explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seducto-ribus tuavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. *V.* Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

At contra, sapientia justorum est, nisi per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsi devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere, nullam injuriam ultionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc justorum simplicitas deridetur, quia ab hujus mundi sapientibus, puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dúbio stultum putatur, & quicquid in opere veritas approbat, carnali sapientie farum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare, nullas injuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, pauper-

taem querere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti alteram maxillam præbere?

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stol. m. glorie induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. *V.* Induit eum Dominus loriam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Cap. 17. per. initium.

Lampas contempeat apud cogitationes divinum. Sæpe contingat, ut electus quisque, qui ad æternam felicitatem ducitur, contenta hic adversitate depravatur: non hanc rerum abundantiam fulcitur, non dignitatem gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequentium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vésium pompa componat: à cunctis vero despiciabilis cernitur, & hujus mundi gratia indignus æstimatur; sed tamen ante oculi iudicis oculos virtutibus emicat, vix meritis coruscant honorari meruit, despici non relinquit: corpus contentia afficit, sola in animo dilectione pinguescit: mentem semper ad patientiam præparat, & erectus pro justitia, de perceptis contumelias exultat, afflictis ex corde compatitur, de bonorum prosperita-

ta-

tāibus quasi de propriis latētur, sacri verbi pābula in mente sollicitus rūminat, & inquisitus quodlibet eloqui dupliciter ignorat.

R. Iste homo perfecit omnia que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & peruenit ad celestia regna. Quia. Gloria Patri, Quia te vidi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 12. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bede Presbyteri.

Lib. 4. cap. 54. in Luc. 12.

Pusillum gregem electorum, vel ob comparationem maioris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis devotionem nominat: quia videlicet Ecclesiam suam quātilibet numerositate iam dilataram, tamen usque ad finem mundi humilitate vult crescere, & ad promissum regnum humilitate pervenire. Ideoque ejus labores blandē consolatus, quam

regnum Dei tantum querere precipit, eidem regnum a Patre dandum complacita benignitate promittit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permansens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viii.

Vendite que possidetis, & date eleemosynam. Nolite, inquit, timere, ne propter regnum Dei militantibus hujus vite necessaria desint: quin etiam possessa propter eleemosynam vendite. Quod tunc digne fit, quando quis, semel pro Domino suis omnibus spreto, nihilominus post hanc labore manuum, unde & victum transgerat, & eleemosynam dare queat, operatur. Unde gloriatur Apostolus, dicens: Argentum aut aurum, aut vestem nullius concupivi: ipsi scitis, quoniam ad ea que mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.

R. Sint

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. in Matth. cap. 19.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Facite vobis sacculos, qui non veterascunt: eleemosynas videlicet operando, quarum merces in aeternum maneat. Ubi non hoc praecipuum esse putandum est, ut nil pecuniae reservetur a Sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum istibus suggerenda: cum & ipse Dominus, cui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legatur, & a fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus aliisque indigentibus tribuens: sed ne Deo propter ista serviat, & ob inopie timorem justitia deseratur.

Te Deum laudamus. 17. PRO ABBATIBUS.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vii. Cap. 19. d.

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Grandis fiducia: Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibos manu & arte querebat, & tamen loquitur confidenter, Relinquimus omnia. Et quia non sufficit tantum loquere, jungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti: quid igitur nobis dabis praemii? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Non dixit, Qui reliquistis omnia: hoc enim & Crates fecit philosophus, & multi alii divitias contempserunt: sed, Qui secuti estis me, quod proprie Apostolorum est, atque credentium.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permansens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lec.